



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R.P. Clavdii Aqua-Vivae Societatis Iesv Præpositi
Generalis V. Meditationes In Psalm. 44. et 118**

Acquaviva, Claudio

Coloniæ Ubiorum, 1616

40 Ecce concupiui mandata tua: in æquitate tua viuifica me.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50645](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50645)

- Psal. 68.** & aperit vt absorbeat me puteus os suum: iamque suspicor me opprobrio factum inimicis, & mox deuorandum: & id opprobrium Domine amputa, quia iudicia tua iucunda, vel dulcia. Ita enim sanas, vt ne cicatrices quidem appareant, quamuis olim putruerint, & corruptæ fuerint à facie insipientiæ meæ: ita concuti finis, vt non patiaris euerti: & iudicia tua, quamuis arcana, sunt tamen iucunda, quia tu rectus, & dulcis es Domine: & propter hoc legem dabis delinquentibus in via. De opprobrio vide plura supra v. 22.
- Psal. 37.**
- Psal. 24.**

40 Ecce concupiui mandata tua: in æquitate tua viuifica me.

Vera vita Deo viuente. **P**erpetuò in viuificatione petenda persistit: summa enim, ac finis bonorum est. Tunc autem verè viuimus, cum Deo viuimus. Cognoui (inquit S. Bernardus) verum esse, quod legimus, quoniam in ipso viuimus, mouemur, & sumus: sed ille beatus est, in quo est ipse, qui illi viuunt, qui eum mouetur. Tibi ergo Domine, viuam, vt verè viuam. Tibi spirem tanquam factori, Regi, & Duci meo. Te inspirem tanquam auram vitalem, in qua uiuo, moueor, & sum. In te respirem, tanquam in refugio, tanquam in susceptore, tanquam in indulgentissimo Patre. Pro te suspirem tanquam pro summè dulci, sum mè pulchro.

Act. 17.

summe amabili, & desiderabili. Ad terespirem, tanquam ad finem, tanquam ad cœtrum, tanquam ad summam beatitudinem meam.

¶ Vau, id est, Et.

Octonarius Sextus.

41 **E**T veniat super me misericordia tua Domine: salutare tuum secundum eloquium tuum.

42 Et respondebo exprobrantibus mihi verbum: quia speravi in sermonibus tuis.

43 Et ne auferas de ore meo verbum veritatis vsquequaque: quia in iudicijs tuis supersperavi.

44 Et custodiam legem tuam semper: in seculum, & in seculum seculi.

45 Et ambulabam in latitudine: quia mandata tua exquisiui.

46 Et loquebar de testimonijs tuis in conspectu regum: & non confundebar.

47 Et meditabar in mandatis tuis, quæ dilexi.

48 Et leuaui manus meas ad mandata tua, quæ dilexi: & exercebar in iustificationibus tuis.

Q

41 Et